Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ne tabulatum templi. Et mensus est
latitudinem. v. cubitus hinc. et quinque cubitos
inde. Et latitudinem porte. tum cubitorum
hinc. tum cubitorum inde. Longitudinem
autem tabulati. xx. cubitorum. latitudinem
autem. xi. cubitorum. Octo gradibus ascen
debat ad eam. Et columpne erant in fron
tibus. una hinc. et altera inde. ·xl.i.

Introduxit Capitulum.
me in templum. Et mensus est
frontis. vi. cubitos latitu
dinis hinc. et vi. cubitos latitudinis
inde. latitudinem tabernaculi. Et latitu
do porte. x. cubitorum erat. Et lata porte
v. cubitus hinc. et v. cubitus inde. Et
mensus est longitudinem eius. xl. cu
bitorum. et latitudinem eius. xx. cubitorum.
Et introgressus in secretis. mensus est in
fronte porte duos cubitos. et portam
x. cubitorum. Et latitudinem porte vi.
cubitorum. Et mensus est longitudinem
eius. xx. cubitorum. et latitudinem eius
xx. cubitorum ante faciem templi. et ait
ad me. Hec est sancta sanctorum. Et mensus
est parietem domus. vi. cubitorum. et
latitudinem lateris. iiij. cubitorum. in
circuitu per circuitum domus. latera autem
lateris ad latus habebant. xxxiiij. et erant
commencia que ingredientur per parie
tem domus. in lateribus per circuitum. ut con
tingent. et non attingent parietem
templi. et platea erat in rotundum ascen
dens sursum per cellam. et ita cellam
templi deferebat per gyrum. Idcirco lata
erat templum in superioribus. Et sic de infe
rioribus ascendebatur ad superiora. in
medium. Et vidi in domo altitudinem
per circuitum fundata lata ad mensuram
calami. vi. cubitorum spatio. et latitudi
nem parietis lateris secundi. v.
cubitorum. Et erat interior domus in la
teribus domus. et inter gazophylacia la

titudinem. xx. cubitorum in circuitu domus
undique. et latum lateribus ad occasum. Ostium
autem unum ad viam aquilonis. et ostium
unum ad viam australem. et latitudinem
loci ad occasum. v. cubitorum in circuitu.
Et edificium quod erat separatum usque
ad viam respicientem ad mare. lati
tudinis. lxx. cubitorum. parietes autem edi
ficii per circuitum. v. cubitorum latitudinis.
et longitudo eius. xc. cubitorum. Et mensus
est domus longitudinem. c. cubitorum. et
quod separatum erat edificium. et pariet
eius longitudinis. c. cubitorum. latitu
do autem ante faciem domus. ejusque quod
erat separatum ad orientem. c. cubitorum.
Et mensus est latitudinem edificii
ante faciem eius. quod erat separatum ad or
summ. et cathedras et cathedras extra quas
pte. c. cubitorum. templum interius.
et vestibula atrii interioris. et fenestra
obliquas. et cathedras circuitus per
pte. contra unum. et unus ligni. et trabes
ligno per gyrum circuitus. ita autem usque
ad fenestras. et fenestre clause super
ostia. et usque ad domum interiorem. et
foris. et omnem parietem circuitus
interius et foris. et formatum ad mensuram.
Et fabricata cherubim. et palme. et pal
ma inter cherub. et ita quasi facies ha
bebat cherub. faciem hominis iuxta
palmam ex hac parte. et faciem leonis
iuxta palmam ex alia parte. expressa. per
omnem domum in circuitu. de terra usque ad
superiorem partem cherubim. et palme
celate erant in pariete templi. Limen
oratorium erat. et facies sanctuarii aspe
ctus contra aspectum altaris lignei. tri
cum cubitorum altitudo eius. et latitudo
eius duorum cubitorum. Et anguli eius
et longitudo eius. et parietes eius ligni.
Et locutus est dominus ad me. Hic
est mensa coram domino. Et duo ostia

dentib: